liberi. Clemen. 1. de Baptiſ. Si de vita infã
tis, vel catechumeni timeatur, tunc Baptiſ-
mus minus ſollemnis, ita per agitur. Sacer
dos ſiue alius Baptizans, prætermiſsis alijs
õnibus, baptizat eum, proferens verba, Ego
te Baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spi
ritus Sancti. Amen. Fundens ſimul parum
aquæ ſuper caput Baptizandi. Dum fætus eſt
in vtero incluſus, non poteſt Baptizari. De
conſ. diſt. 4. can. Qui in maternis. Si ve-
ro caput emergat, & timeatur periculũ mor
tis Baptizetur, etiam non cognito ſexu, &
poſtea natus non rebaptizabitur, etiam ſub-
conditione. Secus tamen ſi pedem, aut manũ
emiſſerit extra vterum matris, quia tunc mẽ
brum illud Baptizabitur, & poſtea natus pu
er Baptizetur ſub conditione, vt infra. Sic
docet Diuus. Thom. 3. p. q. 68. art. 11. ad
4. Item ſi mater mortua fuerit, viuente ad-
huc prole in vtero, extrahatur fœtus, & Bap
tizetur. Sanct. Thom. vbi ſupra ad. 3. Vnde
in oppidulo quodam cui nomẽ SanctaCruz,
Ciuitatis de Xuchimilco [ante annos qua-
tuor] inſigne quoddã diuinæ prædeſtinatio
nis inditiũ & exẽplum viſſum eſt. Nam cum
quidam Religioſus ex noſtris fide dignus eo